

pretium in quo vendebatur, & quia similibus Reip. destructioribus est coarctanda via, ac licentia destruedi homines, ita necessarios Regno, sicut sunt Rustici, idem, lex nostra revendi-
tioni horum leguminum iuste providit.

IN LEGEM VIGESIMAM QUINTAM.

1 Sal non ematur ad revendendum ꝛ sub nostra legis pena, nisi per traganarios trabentes illud de uno loco ad alium pro provisione ipsorum locorum, dum tamen sal non includant in domibus & horreis, ubi illud trabunt.

SUMMARIUM.

1 Non potest per dardanarios vendi sal, vel emi ad revendendum cum ampliacionibus & limitacionibus, de quibus in nostra lege & gloss.

Ibi. No aya regatores de sal. Licet enim vendi, & emi sal possit, ex l. magis puto. in princip. ff. de rebus eorum. & in l. si quis ff. de vecti. & com. nisi consuetudo esset in contrarium, secundum Iser. & Alvaro. in l. 1. C. que sint Regal. in usi. feudor. not. in cap. super quibusdam §. praterca. de verborum signifi. Capola in l. inter publica §. 1. ff. de verborum signifi. dixi in l. 31. titul. 18. num. 10. cum seqq. libr. 6. supra. Ex lege tamen nostra per viam revendiionis nullo modo vendi potest, per dardanarios vulgo, Recatones, y revendedores. Ne aliter carius vendatur: & est iusta, ac salubris dispositio, inquitque Craveta, consil. 6. num. 111. cum sequent. quod si quis condaxit fundum, in quo vena salis reperiatur, potest optime sal vendere, neque dicitur negotiator, nec revenditor. Et nota quod licet sal sit optimum condimentum, ut inquit Job. 6. capite. Num quid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? & Divi Marci. 9. in fine, bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condieris? & sic pro sapientia & discretione ponitur ibi sal, & in multis aliis locis. Et in condimentis immittitur, ut saporem habeant: tamen ut Plutarchus, Symposiaco, Decade 5. capite. 10. & in libro de Iside, & Ofride scribit Egyptios Sacerdotes castitatem inoffensam servare, ideoque illos a salis usu abstinere, ut qui caloribus libidinem concitet: Et idem Plutarch. casusum natural. capite. 5. Et an salinaria sint de regalibus dixi in l. 31. numero fina. titul. 8. libro 6. supra, & in aliis mineris & metallis in l. 1. in fin. & in l. 2. titul. 13.

ead. libr. 6. ubi in fin. illius legis 1. allego alios de iis tractantes tam in iustitia, quam in conscientia, maxime per Barbof. ubi allegatum, & quia de iis Regalibus integer unus liber requiritur, fortassis favente Deo plura dicemus. Et nota, quod licet lex nostra, dum vendere sal dardanariis prohibet, videbatur aliis permittere, hodie tamen cum Rex omnes salinas Coronae sue Regiae applicaverit, & incorporaverit, nullus sal vendere potest nisi ille, cui ipse concesserit, conduxeritve salinaria, & cui conductor ipse, ex ipsius Regis permissu concesserit, prout inquit Alciat. in dist. l. inter publicas, de verborum signifi. Dicens, his tantum permissum vendere sal, qui a filco hoc jus emerunt, & si sine venia, & licentia eorum emere, vel vendere quis tentaverit, in penas incidit, ut relato Alciato inquit Benvenu. de mercat. 4. part. numero 30. insertus inter decisiones Genuenses, & Barbola in l. Diwortio. §. si vir. numero 29. versic. addo quidem cum seqq. ff. solut. mari.

IN LEGEM VIGESIMAM SEXTAM.

Proxenetæ non possunt emere, ꝛ vendere, vel contrahere in mercantiis cuiuslibet sint qualitatibus per se, neque interpositas personas, neque possunt eas ad vendendum habere, si propriis sue sunt, sub nostri rex. pena, neque eidem poterit proxenetæ unius emere res traditas alteri proxenetæ ad vendendum, sub pena infera in presenti.

SUMMARIUM.

1 Proxenetis prohibetur emere & vendere res suas, nec etiam per interpositas personas sub legis pena.

Ibi. Pueda comprar. Ampliat lex hæc dispositionem text. in l. decimaquarta, titul. decimoquinto, proximo sequente, ubi aliqua diximus de iis proxenetis.

Ad tit. 21. & 22. tit. 14. lib. 5. adde quod est facta alia & nova pragmatica condita Madriti, ultimo die mensis Decembris, anni 1593. publicata ibidem decimonono die mensis Januarii, anni 594. qua quidem datur mensura numerus in feris adiciendus sine sit unius pili sive plaris, quam quidem pragmaticam cito videbis additam huic Recopilacioni, ideo ego eam non addo.



TITULUS DUODECIMUS,

De la Venta de Brocados.



Quia superiori titulo de emptione & venditione dictum est generaliter, nunc autem magis in specie tractatur de venditione aliquarum rerum.

IN LEGEM PRIMAM.

Luminaria & fenestra mercatorum, ubi inexta anno venduntur, vel alii panni aut bombycia, debent esse clara, & manifesta absque aliquo impedimento intus aut exterius, inferius aut superius posito ut frans omnis evitetur, & emptores mercantias videant sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1 Forenses non ligantur statutis regni nisi in eo diu moram traxerint, n. 5. ubi idem in cive novo, nisi ut ibi, cum sublimatione.
- 2 Mercatores qui dicuntur, remissive.
- 3 Mercatorum massam esse quintum elementum.
- 4 Mercatores supponentes bonas merces exterius & malas interius puniuntur.
- 5 Bono viro non licet callide in rebus agendis versari.

Ibi, Que en ellas estuviere. Pondera dictionem hanc, Estuviere. Quæ videtur denotare forenses hos mercatores in hoc regno diutius versasse, cum domum & tentoria habere in eis ubi similes adint fenestras, lex nostra supponat, ut ex hac veritate, legis nostre dispositione ligentur, ut inquit Bart. in l. cunctos populos, num. 21. C. de summa Tri. dicens forenses in delictis non ligari statutis regni nisi in regno diu moram ꝛ traxerint, ita quod verisimiliter præsumi possit scientiam statuti habere, aliter enim præsumitur ei ignorare statuta, & non ligantur eorum penis, ut c. ut antimanum, de consue. in 6. sicut in cive novo, ex l. qui cum uno §. fin. ff. de rem. mil. Ripa de peste, tit. de remediis ad confer. labor. num. 119. & sequentibus, & Aviles cap. 52. præc. verbo, en la tierra, numero 11. Et hæc vera sunt, nisi statuto illo dispositum, esset etiam dispositum à jure communi, nam tunc nihil excusaret talem forenses quod diu non esset versatus in regno, secundum Bartol. ubi supra per text. in l. facularit. §. sunt quedam ff. de extraordin. crim. & ante eum Cyn. quos ibi sequitur Fulgof. & Anton. in cap. a nobis, de sent. excorn. Joan. Ligna, & Imol. in cap. 2. & fin. de consue. Anchar. c. canonum, eo tit. 12. q. sed adhuc tunc. Acedo in Recopilacionem, Tom. III.

ex capite iuste ignorantie esset tali forensi diminuenda pena juris communis & sic posset procedere opinio contraria, Abb. in dist. c. a nobis 1. & Ias. dist. l. cunctos populos numero 31. ubi alios allegat dicentes etiam in hoc casu forensi delinquenti contra jus commune regni extranei esse remittendam pecuniariam per tale jus commune impositam contravenienti, ut id procedat, ut dixi, ut diminui posset, & hoc quoties illud jus commune in suo regno non usitaretur, neque dispositum esset, secus vero alias, quia nec tunc diminuireretur pena.

Ibi. Mercaderes. Et ii qui dicuntur, tradit ꝛ late Benven. in tract. de mercatura 1. part. numero 1. cum pluribus sequentibus, & Rebuff. in 10. mo 2. consil. Fran. titul. de mercat. in princip. & Additio. Ber. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 54. & in parte 2. tract. ipse Benven. ubi supra de mercatorum & a quo tempore incoperunt, & num. 4. inquit ex Bal. massam mercatorum & camporum summum bonum, ꝛ quintum elementum, licet tempestate nostra atrocita committant, ideoque in magno discrimine salutis atene secundum eum ibi numero 5. existunt, & numero 16. differit etiam an mercatores sint uribus necessarii, & utiles.

Luces libes. Et cujus latitudinis debent esse tales luces disponitur in l. 4. in fi. infra isto tit. & in aliud facientes & lumina obscura tenentes invenit Benven. in d. tract. de mercatura, in princip. num. 11. & Capola in d. tract. de mercatura, in princip. de servit. lumin. & Coftal. lib. 3. miscellaneorum. c. 23. num. 9. non male.

Ibi. Atejo de lo que son. In quo committuntur crimen stellationis, dum faciunt apparere bona, quæ non sunt, sicut faciunt impostores merces bonas supponentes in facie facci vel corbis, malas autem seu corruptas intus supponunt, qui extra ordinem crimine stellationis ꝛ puniuntur, ut l. 3. §. si quis merces, ff. de crim. falsi. l. 7. & 8. tit. 16. p. 7. de quo plura exempla tradit Benven. ubi supra tit. de deceptoribus. 7. & n. part. in prin. num. 29. & 30. & Avend. c. 19. pratorum num. 30. & 31. lib. 1. & eodem miscentes paleam vel avenam aut hordeum cum tritico ut diximus in l. 3. tit. 5. lib. 1. supra.

Ibi. No se pueda recibir ningun engaño. Qui qui
Ccc ij dem

IN LEGEM DUODECIMAM,

Tonfores non possunt uti officio sarcinatorum, sed uno vel altero.

SUMMARIUM.

- 1 Tonfor & sarcinator artifices proprie vocantur, improprie vero officiales.
- 2 Mercatorem officium gerere dicitur.
- 3 Artificum appellatione non continentur agricultores.
- 4 Mercatores noviter effecti nobiles ante mercatura exercitium post illud nobilitatem amittunt, non sic in agricolis, ut ibi.
- 5 Mercatores nobiles à sanguine & progene non amittunt eam.
- 6 Negociationibus pluribus compatilibus uti quis potest.

Ibi. *Los dichos oficiales.* Improprie attenda etymologia horum vocabulorum, tonfor, & sarcinator, officiales vocantur, nam non possunt dici tales, sed potius artifices, ¶ nam, ut inquit text. in c. ejicient. 88. distin. ubi Chrysolomus super Mathæo ait, (quicumque rem comparat, non ut ita integram & immutatam vendat, sed ut materia fit sibi inde aliquid operandi, ille non est negociator, qui vero rem comparat ut integram & immutatam vendat, & vendendo lucratur, ille est mercator, qui de templo ejicitur, hunc, scilicet mercatorem Doctores officium gerere dicunt, illum vero, scilicet sarcinatorem artificem appellant, ut tradunt Alex. & Jas. in l. cetera §. sed & si quis nro. 15. de leg. 1. cum concord. ibi in additio, ad Jas. tradit in princip. & ibi Bart. & ejus additio, de leg. 3. Bart. in tract. testimoniorum numer. 62. Signorolus consil. 95. num. 15. & hanc differentiam inter hos mire explicat Frederi. de Sen. cons. 27. Abb. consil. 6. in fin. lib. 1. Card. Clem. fin. not. 3. de vita & hon. cler. & Alciat. in l. mercis appellatione, ff. de verbo. signi. ubi Rebuffus, in prag. 92.1. veyssu. advertendum est cum 2. sequentibus, hos ad hoc allegat Doctor, & post eum eo tacito allegavit Matienço, hic glos. 1. & idem Rebuf. in 2. tomo consil. Franc. tit. de mercator. minut. ven. artic. 1. glos. 1. numero 22. & 25. ubi numer. 24. inquit ex Corneo, in consil. 318. ex pluribus vol. 1. inquit, quod qui majori parte anni circa colendos agros versantur, licet aliquam artem exerceant, artifices tamen non dicuntur, & appellatione artificum ¶ non continentur agricultores, text. in c. quod super de voto, ubi (artifices & agricultores,) nam hi licet laboraverint in propriis possessionibus non perdunt nobilitatem, secus in mercatoribus, ¶ ut per Guidonem Pape, decis. Delp. 41. quod intelligo ex eodem Rebuffo, ibi n. 2. 1. quoties de novo mercator ante mercaturam acquisivit nobilitatem, nam si post effectum mercator perdat eam, ut per Fab. l. falso C. de diver. res. & probatur ex legibus 2. & 3. tit. 1. lib. 7. infra, secus vero in eo, qui ex parentibus nobilibus natus est, tunc natura produxit eum nobilem, ideo quod naturale est amitti non potest, ¶ & licet tempore quo exercet mercantiam & artem mechanicam dormiat nobilitas, &

ea non utatur, & sic sicut plebeii tenentur ad collectas, secundum Guido. Pape questione 196. & 391. relatum per Rebuffum. al. num. 2. 1. quod non credo verum, ut alibi dixi, nam & durante mercantia durat talis sanguinis nobilitas, & in hac repero gloss. descendendo tamen à tali mercantia resumit eam, ut ibi per Rebuffum, & Cassaneum, in consuet. Burgun. tit. des droitz d'ubrica 4. §. 19. entre gens nobles, num. 32. & faciunt dicta per nos, l. 9. tit. 1. num. 7. lib. 2. supra. Sed quot homines nobilissimi hodie perderent nobilitates, exercentes mercantias, satis à legibus eis prohibitas, ut apparet ex l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. officia ei non convenientia appetentes, & exercentes, & sic avari, degeneres à genealogia sua existunt, solum lucris inhiantes, & quæ sua erant negligentes, sed ut inquit Rebuffus, ubi supra gloss. 15. ob id negociationem nobilem reddunt, & hoc quia ibi ita est de consuetudine, ut apud Genueses, & Venetos secundum Tiraquel. de nobil. cap. 33. in fin. & Didacum Perez. l. 9. tit. 1. lib. 4. ordinam. & hoc verum est, scipfos tamen denigrant & infamant, & hac de causa ne mercimonia & mercantia deseratur, & officiorum exercitium pro lege receptum, in nostra Hispania est, ut genere, & ab antiquo, nobiles non perdant nobilitatem, sed potius ea gaudent etiam artem mechanicam exerceant, ut asserit Covarr. in pract. cap. 19. n. 7. & Avend. in dictionario verbo cavallero privil. 3. & sic declarandæ sunt leges. 2. & 3. tit. 1. lib. 7. infra, & dicta per Didac. Perez lib. 2. ordinam. col. 598. cum sequentibus & lib. 4. columna 1357. in l. 4. tit. 19. infra eod. lib. 2. pero. in leg. 3. titulo primo libro sexto infra.

Ibi. *Y no puedan usar de dos officios juntamente.* Sed nonne quis diversis negociationibus uti potest, ut probatur in l. procuratoris. §. si plures ff. de tribut. l. cuicumque, §. Labeo ff. de insti. & ex pluribus à Jaso. consil. conf. 74. lib. 3. Signor. consil. 95. Tiraq. lib. 1. de res. §. 30. glos. 1. num. 9. & sequent. Beavenut. de mercat. part. prima. n. 56. & sequentibus, & dicendum est verum esse, quoties negociationes illæ se invicem comparantur, ¶ prout in mercatore qui potest in diversis rebus negociari, ut inquit Rebuffus in tract. de mercat. & negotia. articulo 1. gloss. 1. in princ. secus vero in iis nostri text. officialibus, qui ex ratione hinc designata se non compatiuntur, & sic duo officia incompatibilia quis exercere non potest, ut resolvimus in tract. de decur. lib. 2. cap. 22. n. 6. cum sequentibus, & probatur ex l. 28. tit. 4. lib. 2. supra & leg. 4. tit. 3. lib. 7. infra. & sic cessat difficultas proposita.

IN LEGEM DECIMAM TERTIAM.

Listera deaurata in panis non sunt inserenda sub pena, & in ejus propositum vide dicta in lege sexta, glossa prima, supra isto titulo.

IN LEGEM DECIMAM QUARTAM.

Proxenetæ non possunt emere mercantias eis ad utendum traditas sub nostri text. pena.

SUMMA-

SUMMARIUM.

- 1 Proxenetæ quis sit & graviter puniatur asserens plus dari pro re quam in effectu datur.
- 2 Licitator simulatus si offert pretium non lucratur promissum.

Ibi. *Corredor.* Quis sit iste ¶ vide per totum tit. ff. de proxenetis, & text. l. 32. tit. 26. part. 3. & licet ibidem dicatur, proxenetæ hos res in publica subhastatione præconizare, proprius ii, pregenetas, vocantur, nam proxenetæ proprius correctores nuncupantur, qui hæc & illuc curunt pro repertiendis emptoribus per vicos, & plateas non præconizando, sed publicè incedendo cum rebus vendendis. Graviterque puniuntur per illam l. 33. proxenetæ ii asserentes dari plus pro re, quam in effectu datur, ut alios alliciant ad plus dandum & offerendum, & ibi glos. in horum propositum proponit optimam questionem de facto habitam: lino li simulatus licitator offert pretium non lucratur promissum, secundum Avend. cap. 12. prat. num. 8. in principio, lib. 2. non possuntque aliqui in feriis uti officio proxenetæ nisi sint prius ad hoc nominati, secundum text. in l. 11. tit. 18. infra isto libro. quæ quidem lex cum justa sit, & ejus ratio sit amplior dicto etiam in proxenetis extra ferias idem est servandum ut nullus hoc officio utatur nisi sit nominatus per justitiam & consistorium civitatis, & præstitis fidejussionibus,

& juramento de utendo fideliter officio illo, & de non subripiendo res traditas ad vendendam neque eas perdendo, prout hic Placentiæ fit, & ubique esse faciendum, prout credendum est fieri; & in capit. 21. curiarum de Madrid. anno 1583. & simitarum anno 1585. id contra proxenetæ extenditur, ut neque in aliqua mercantia possint contractare sub pena, de qua ibi.

Ibi *De tomar para si compradas.* Nam ex officio, quod quis administrat nihil emere debet, ut probatur in l. non licet. ff. de emr. empr. & ex dictis in l. fin. supra tit. præcedente.

IN LEGEM DECIMAM QUINTAM.

Bombyx texti non potest cum alia bombyce crudæ sub pena nostra legis.

Ibi *De ser quemadas.* Hic habes text. quod merces corruptæ, & malæ possunt concremari publice argum. text. in l. damnato. C. de heret. & in l. quicumque in fin. c. cad. tit. & diximus in l. 3. tit. 5. lib. 1. supra & in l. 1. tit. 16. lib. 3. supra.

IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

Notandum est ad hanc legem, juste fieri posse, ut appareant fraudes, & furta evitentur, ut dicemus in l. 2. tit. 14. in glos. en la plaza infra isto libro, & hæc pro toto hoc titulo.

